



Universitätsbibliothek Paderborn

Instructio practica ...

De Conversatione Apostolica - A Curatoribus Animarum piè & fructuosè instituenda ; Complectens varios & solidos modos juvandi & consolandi diversorum Statuum Personas afflictas, præcipuè aegras & captivas ...

Lohner, Tobias

Dilingæ, 1680

§. 16. Quomodo peste grassante Operarius se gerere debeat.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-49274](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-49274)

que se extiterit ad religiosè vivendum, ut mortem vitæ simili consequi mereatur.

§. XVI.

Quomodo peste grassante Operarius gerere se debeat.

Noverit obligatum se esse ex iustitia, manere apud suos Parochianos, nisi alium sibi substituat; imò etiam teneri, loca infecta adire ad Sacramenta administranda in casibus, in quibus periculum animæ incurrunt Parochiani curæ illius commissi, quales casus ferè sunt sequentes. Primus, si infans natus esset, qui neminem haberet, à quo baptizari posset; si enim alius (etiam Laicus tantum) adesset, non deberet se Sacerdos cum damno totius Communitatis in apertum periculum conjicere, sed plurimum auxilio reservare. Secundus est, si peste infectus ita rudis sit, ut meritò dubitari possit, num contritionem de peccatis perfectam eliciturus sit, quum enim tenetur ad confessionem ægri audiendam, nisi probabile sit, illum (sive quia paulò antè, seu ante paucos dies confessus est, sive quia aliàs timorata conscientia fuit) nulli peccato mortali obnoxium esse. Potest tamen in tali casu, si vel plures essent in eodem cubiculo, ut comodè unus sine alio audiri non posset, vel certè periculum contagionis imminueret, ægrum absolvere, si unicum peccatum vel mortale, vel veniale expressisset. Tertius est, si æger facultate loquendi destitutus, & de quo dubium esse posset, num in statu gratiæ sit, confiteri non posset, sed communicare tamen, tum si in eum tenetur Sacerdos ei SS. Eucharistiam porrigere, tanquàm probabile medium gratiæ in tali casu obtinendæ, in qua administratione non potest SS. Eucharistiam in mensa ponere, ut ipse æger eam assumat, vel in orbe, aut patina illà offerre; sed ordinario modo porrigere debet. Quartus est, si æger ratione destitutus, & neque confessus, neque SS. Eucharistiâ receptus, probabiliter tamen in statu gratiæ esse crederetur, tum enim juxta Tannerum, Filliutium, Granadum, Dianam, Præpositum teneretur etiam cum vitæ periculo Sacramentum hoc illi administrare (licet Hurtado apud Dianam contrariū sentiat) nisi ex morte sua certum & grave periculum toti Communitati immineret, tunc enim privatum hujus ægri

commodum communi bono Communitatis postponendum
esset.

II. Noverit, suas partes etiam esse pro concione
lum de sequentibus admonere. 1. Ut quilibet sibi per
deat, se esse in manifesto periculo mortis, atque adeo
ramenta piè suscepta maturè sibi prospiciat. 2. Ut
pestis communiter à DEO propter peccata immittatur
que tum pro se, tum pro tota Communitate DEUM
studeat, & convenientibus medijs justissimam hanc DEI
avertere. 3. Ut ij, qui peste correpti sunt, intra domum
se se contineant, ne alios etiam inficiant; sed & ij, qui
sunt, non temerè cum infectis agant, & in periculum
jiciant. 4. Ut omnes, qui in templo confitentur, os suum
sùs Sacerdotem, sed versùs tabulam convertant, aut
nem confessionali appensam; neque tunc alij pœnitentium
piùs accedant, ut liberiùs Sacerdos & Pœnitens cavere
mutuum anhelitum & respirationem, neque ab altari
audiantur. Quintò, ut, si vocaverint Sacerdotem ad
priùs aperiant fenestras (nisi frigoris asperitas, aut ne
aër id impediat) deinde igne ex odoriferis lignis, aut
culis excitato aërem priùs purgent. Sextò, ut, si ex una
nullius peccati gravioris sibi conscij sint; ex altera vero
cogitare possint, Sacerdotem contagione corripientem
Sacramenta illis distribuat, sicque subsidium necessarium
communitati subtrahendum, abstineant amore Proximorum
titione talium Sacramentorum, certòque sibi persuadent
per hunc actum charitatis recuperaturos eos, quod ex Sa
mentorum susceptione alioqui obtinuissent. Septimò
dum sani sunt, maturè se spiritualibus remedijs contra pe
muniant. Præ cæteris efficaciora videntur ista; dolor
de peccatis, opera pœnitentiæ, certæ preces ad B. V. S. Sa
stianum, S. Carolum Borromæum &c. maximè verò Luce
Laurentæ, Rosarium, vel ipsa etiam salutatio Angelica
citata multis profuerunt ad pestem avertendam. Octavò
verit etiam ostendere, quam cautelam in cura ægrorum
pienda adhibere, & quæ ordinariè media corporalia ad
etiam plebeis & pauperibus hominibus adhiberi possint.

III. Præter industrias spirituales supra recensitas
bus utique Sacerdos se ante omnes alios munire debet.

etiam media & industria sedulo ab ipso sunt adhibenda, quæ quidem à prudentibus viris sequentes plerumque censentur. Prima est, ut summâ diligentia curet, ne unquam ad infectos jejunos accedat; itaque convenit, ut maturè celebret, dein jusculum, vel vinum medicatumumat ex herba absynthij, scordij, cardui benedicti, dictamni Cretici, corticibus citri exsiccati, radicibus pimpinellæ, ex quibus sacculus vino impositus conficitur. Secunda, ut infectos aditurus habeat vestem attritam; laneæ enim novæ, vel villosæ pelles plus periculi habent; interiores magis convenit esse ex corio, quam laneas, omnes verò vestes postquam redierit, igne purgentur. Tertia, ut manè aliquas partes corporis oleo scorpionum, vel alio alexipharmaco illinat, v.g. circa cor sub axillis, retro aurículas, ac denique ipsos pulsus. In ipso accessu ad ægotum extrema labia, nares, tempora balsamo vel aceto ad hunc usum confecto inungi debent. Quarta est, ut, antequam ad ægrum eat, manus & faciem aquâ lavet, cui permixtum sit acetum vel vinum, in quo aliquæ herbæ odoriferæ macerata fuerint, quales sunt absynthium, salvia, rutha, melissa, majoran, hyssopus, artemisia, spicanardus &c. eadem herbæ si circa locum ægri sparsæ sint, & subinde moveantur, & confricentur, mirè aërem infectum temperant. Idem præstat acetum aspersum subinde lecto ægri. Quinta, ut, si infectus adeo æger non sit, & regionis ac locorum consuetudo permittat, ad januam domus, vel aliquem locum patentiorem eum deferri jubeat. Sexta. Curet, ut ante ingressum suum æger in lecto ita componatur, ut comodè confiteri possit. Attendat insuper, ne æger multum se moveat in præsentia sua, aut lectum aperiat. Non minùs ipse etiam Sacerdos ab omni contactu ægri absteineat, ideoque nec manum salutandi gratiâ porrigat, neq; pulsum ægri exploret, neq; loca infecta & carbunculos cõrectet, nec etiam curiosè cupiat aspicere, ne fortè inde horrorè concipiat. Septima. Sollicitè curandū est, ne ægri anhelitum excipiat; ex hoc enim facillimè hauriri potest venenum. Itaque sequentes cautelas adhibeat. 1. Supra ægrum se non inclinet; si proin lectus sit humilis, poterit vel super ligneum scabellum sedere, vel flexis genibus audire; sella autem ex panno villoso omnino non est admittenda,

propter pilos in ipsa inclusos. 2. Aurem ei non ad moram
sed potius ad vocem elatiorem agrum hortetur. 3. Non
adverso agri, sed potius ad latus vel à tergo consistat. 4. In-
ter ipsum & confitentem non procul ab ore candela accen-
deret. Probantur maximè illæ candelæ, quæ majorem
ignem foveant; aliqui Medici ad hunc usum speciales con-
fecerunt ex rebus odoriferis, quæ scilicet ignem foveant, & ob-
scurum præstent. Apud ditiores proderit plures, candelas
lectum accensas habere. 5. Os & nares vel abluantur, vel
pius tingantur strophiole intincto in aceto Bezoarico, vel
alio Alexipharmaco. Nona. Confessionem ita audiat, qui
sententialiter quidem nihil intermittat, à supervacaneis
abstineat, ne longior mora sit necessaria. Quam ad rem ju-
rit efficacia quædam dicta vel facta Sanctorum in promptu
habere, quibus breviter & contritionem in ægris, & per-
tiam ad tolerandum malum possit excitare; quod si necesse
confessionis exigit longiorem moram, omnino juverit
inde aëris purioris recipiendi gratiâ fenestram vel alium po-
tentiorum locum adire. Decima. Quàmprimùm aliquis
stilentioris aurâ se inflatum senserit, statim sudorifero ali-
quo haustu, vel bolo, quales sunt ex Theriaca, ovo aureo, vel Be-
zoare sudorem eliciet; & cum sudore venenum propellit.
quod etiam, cum nondum infectus est, quavis minimè
hebdomade est faciendum. Undecima. Cum nonnunquam
contingat, ut infecti etiam ad templum confessionis gra-
penetrent, pro majori securitate semper studeat per-
se habere amuleta, & aliis præservativis se munire; mi-
mum verò tempora, os, nares inungat balsamo vel aceto, &
perforatos nodulos penes se habeat, in quibus spongia accen-
da vel ex rutha vel oleo juniperi intincta sit, ut eorum odore spi-
ritus subinde recreentur. Duodecima. Juverit, si Ope-
rius animum prius corroberet, ne, si forsan præter ipsius ex-
pectationem veniat infectus, subito & nimio terrore affici-
tur, & periculum inde sibi creet. Ut verò tantò minus pericu-
lum mortis timeat, sæpe ob oculos sibi ponat præstantiam ho-
jus charitatis, quam ex eo facis colligere potest, quod talis
mors ordinariè à Doctoribus Martyrio compareretur. Ter-
tiadecima. Postquam infectum aliquem audivit, consultum
videretur, aliud quasi agendo à Confessionali domum secedere,
& se

& se ad ignem ramusculis juniperi excitatum purgare, faciem aceto aquâ mixto lavare, auram liberam captare; quâ re & sibi, & aliis consulat. Si necessitas non urgeat, expedit idem confessionale non repetere, donec populo dilapso sedes per ignem vel asperionem aut lotionem aquæ ex rutha purgetur. Quartadecima. Persona, quam constar esse infectam, moneatur, ut vel domum suam Confessarium vocet, vel eo tempore veniat, quo homines non sunt in templo, tunc enim extra confessionale eam audire posset in tanta distantia, quæ moraliter careret periculo. Quintadecima. Denique peste cessante, & se per divinam gratiam servato, gratias DEO debitas persolvat, ei; humili animo omnia, quæ egit, accepta referat, sêque ad posteriores casus præparet, offerâtque.

§. XVII.

Variæ preces apud ægros & moribundos dicendæ.

Cum, ut suprà monui, inter præcipua media, quibus ad solatium & auxilium Infirmorum & Moribundorum uti potest Operarius, meritò crebra & devota oratio censeatur, & ea maximè, quæ in Ritualibus ab Ecclesia præscribitur; talia autem Ritualia ad manus semper non haberi commodè queant, ideo rogatus ab aliquibus, ut eas libello huic infererem, ad calcem illius apponere commodissimum est visum.

M E M B R U M I.

Preces ab Operario, priusquam ab Infirmo discedat, recitandæ.

Quando discedere vult Operarius ab Infirmo unum ex Psalmis Quatuor prioribus Pœnitentialibus, vel Psalmum 90. Qui habitat &c. supra Infirmum dicere poterit, cique sequentes juxta Rituale Romanum subjungere.

Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison. Pater noster, &c. *ψ.* Et ne nos inducas in tentationem. *℞.* Sed libera nos à malo. *ψ.* Salvum fac servum tuum. *℞.* Deus meus sperantem in te. *ψ.* Mitte ei Domine auxilium de Sancto. *℞.* Et de Sion tueri eum. *ψ.* Nihil proficiat inimicus in eo. *℞.* Et filius

V s

ini-